



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem  
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens Quæstiones à XXVII. vsque ad LXIV. & à Quæstione CVI.  
vsque ad CXIV.

**Vázquez, Gabriel**

**Antverpiæ, 1620**

Dispvt. CXXVI. An in Deo sint tres existentiaë.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81000](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81000)

fit persona. Huic enim melius est esse patrem, quam non esse Patrem, non dico quam esse Filium, sed quam non esse Patrem, quod nulli dubium est. Quomodo autem ex hoc non sequatur, unam perfectionem realem simpliciter simplicem esse in vna persona, quæ non sit in alia, colligitur ex dictis in ea disput. cap. 6. & 7.

*Dilatatur 2. ratio cap. 2.*  
Ad secundam rationem, quæ priori loco pro secunda sententia c. 1. allata est responderetur, optime posse assignari concretum naturæ intellectum ante personas, & illis commune, quod est, *hic deus*, sine vlla communi subsistentia, quo modo autem id possit intelligi, explicabitur infra disputat. 156. cap. 2. Quare necessaria non est communis aliqua subsistentia, vt concretum deitatis constituitur; quin potius, vt cap. 3. notauimus, quibus actus substantialis, quem aduersarij subsistentiam velint appellare, includitur in conceptu ipsius deitatis quantumuis abstractæ; ac proinde ratione illius non constitueretur Deus in concreto, vt ipsi contendunt.

*Ad 3. rationem respondentur.*  
Ad tertiam eiusdem sententiæ, quæ est in eodem 2. cap. dicimus, inter naturam creatam, & increatam hoc solum versari discriminis, quod natura creata, vt subsistat per se, indiget modo quodam, quem appellamus, *per se*, distinctio realiter ab existentia sua, at increata natura postulat supra suam existentiam modum personalem, scilicet relationem, distinctum solum per nostrum intellectum ab ipsa, & ab eius existentia reali; nihilominus nostro modo intelligendi sine illo modo personali nondum intelligitur per se subsistere, nisi concipiamus ipsam increatam naturam ad modum absoluti, & vnus tantum supposito, sicut antiqui intelligebant, antequam mysterium Trinitatis reuelaretur. Hunc ergo quoniam scimus deitatem in tribus suppositis subsistere, & tribus relationibus vltimo terminari, nunquam ipsam per se vero, & Theologico conceptu cogitare debemus, quatenus à tribus personis abstracta apprehenditur.

*Obiect. sumpta ex perfectione infinita essentia diuina.*  
26. At obijciat aliquis in hunc modum. Essentia diuina prout intelligitur ante personas, est in se perfecti omni perfectione, quia infinita est, ergo eadem ratione concipi debet subsistens, subsistentia enim perfectio quadam est. Et hanc putant aduersarij esse differentiam inter naturam creatam, & increatam, quod natura creata non necessario postulat in suo conceptu omnem perfectionem, sicut natura increata, atque adeo non exigit subsistere, nisi ratione supposito, quod ab ea distinguitur. Verum hæc obiectio facile dissoluitur, quoniam licet essentia diuina differat à creatâ, quia diuina non subsistit aliquo sibi addito, quod distinguatur ab ea realiter, sed sola relatione, quæ idem cum ea est ex natura rei, & creata natura semper subsistat adiuncta sibi personalitate realiter distincta, nihilominus essentia diuina, quatenus communis concipitur, & distincta à personalitatibus, non habet in hoc suo conceptu perfectionem illam, qua vltimo completur, vt subsistat, sicut non complectitur illam perfectionem, & complementum personale, quod eam modificatur, & contrahit, vt sit persona, sicut humanitas etiam re ipsa eam perfectionem suppositi non habet. Solum differunt, quod complementum illud naturæ diuinæ sola ratione ab ea distinguitur, complementum vero naturæ

*Soluitur.*

27.

creatæ distinguitur secundum rem.

Neque vero de ratione essentia, quatenus communis personis intelligitur, est continere & includi, & formaliter omnem perfectionem, etiam subsistentiam, sicut non est includere omnem perfectionem, & complementum personale, quod nullus negat; sed eas tantum perfectiones, quæ ipsa communes sunt, & ipsam essentiam proprie consequuntur, quod sanè nihil derogat infinitati diuinæ essentia, quæ constituitur peculiare illius attributum. Hæc enim non consistit in eo, vt essentia Dei infinitas in se contineat perfectiones, sed in eo, vt à nullo sit, vt à causa; & à se ipsa habeat quicquid est, vt copiosius probauit disputat. cap. 1. & 5. Nihil ergo sequitur incommodi, si aliqua perfectio, nimirum personalis, quam Scholastici vocant subsistentiam, adueniat diuinæ naturæ à persona, quæ ratione distinguitur ab essentia, & eam in se formaliter non includat, quatenus essentia est, & communis tribus personis; nam de perfectionibus personalibus hoc nullus negare potest. Quod vero recentiores aliqui in eodem constitunt perfectionem naturæ diuinæ, (ratione cuius dicunt eam subsistere ante personam) vt non possit ab alieno supposito terminari, futile & inane est, vt supra cap. 2. monstrauit.

DISPUTATIO CXXVI.

An in Deo sint tres existentia.

*Tres esse in Deo existentias, & aternitates relatiua, recentiores aliqui affirmant. c. 1.*  
*In Deo esse vnâ existentiam, & vnâ tantum aternitatem, auctoritate probatur. c. 2.*  
*Eadem sententia confirmatur ratione, c. 3.*

CAPVT I.

*Tres esse in Deo existentias, & aternitates relatiua, recentiores aliqui affirmant.*

**C**VM in Deo non modo concedamus tres personas, aut subsistentias, verum etiam tres res, vt disputat. 122. cap. 3. notauimus, nonnulli recentiores eodem modo affirmare audent, in Deo esse tres existentias, aut tria esse, accipiunt enim Scholastici existentiam pro ipso actu existendi, quem etiam appellant esse, seu existeri. In hanc sententiam consensisse videtur Scotus in primam distinctionem. 11. quæst. 2. §. Ad rationes, qui primæ ratione respondens asserit, relatione etiam disparata, & non opposita distingui vnâ personam ab alia non solum secundum quidditatem relationis, sed etiam secundum esse, intelligit plane esse existentia; nam esse existentia, idem omnino est cum quidditate. Idem docuit quodlibet. 4. artic. 3. §. ad argumentum principale. In eadem sententiam referuntur Ricardus de sancto Victore, lib. 4. de Trinitate, cap. 16. vbi docet, in diuinis esse vnâ existentiam communem, & tres existentias incommunicabiles. Alij citant pro eadem sententia Celestinum locis à nobis allegatis præcedenti distinctione: Si tamen solum concedit tres subsistentias relatiua, quod longè diuersum est. Citant etiam Ricardum in 3. distinctio. 1. art. 1. quæst. 2. ad. quod dicat, aliud esse existeri essentia, aliud personam. Verum ille solum asserit existeri personam Patris esse tribus in personis; sed existeri personam Filij, vel Spiritus sancti non esse existeri personam Patris.

*Ratio pro  
predicā  
sententia  
reuerētia.*

Et, non dixit, *Existere personam*, sed, *existere personam*, quæ duo diuersa sunt. Ratione vero sic probatur. Vnaqueque re relatio habet suam actualementiam distinctam realiter ab apposita relatione; ergo sicut dicimus habere tres actuales entitates, nihil autem aliud est existentia, quam actualis entitas rei: erunt igitur tres existentie, quare sicut relationes dicuntur tres res, ita etiam dicuntur tres actuales entitates, & existentie, eo, quod inter se distinguuntur, etiam si idem sint cum essentia.

Adhuc illi existentiæ non est, sed existentia, quæ est, quod sequitur essentiam potius, quam relationes, & in hunc sensum dicunt esse intelligendos Patres, qui vnum esse Deo tribuunt, & affirmant, omnia, quæ in Deo sunt, habere vnum esse, hoc autem explicat hoc modo, Quia cum in eorum sententia essentia diuina veluti ratio transcendens includatur in relationibus, existentia etiam includi debet, ita, vt vna sit existentia omnium relationum; solum multiplicata per determinatum modum incommunicabilitatis, qui est relationis; quocirca, vt dicatur multiplicari existentia, debet significari nomine peculiari relationis. Nam si absolute dicatur, significatur solum communis illa existentia in tribus relationibus, veluti forma transcendens inclusa, ergo solum possunt concedi tres existentie relatiuæ, sed non tres existentie absque additamento.

Tertio docent, in Deo esse non modo tres relatiuas existentias; verumetiam tres durationes, eod, quod duratio est veluti passio existentie, quæ nullo pacto ab ea separari potest, cum sola ratione ab ea differat, & nostro modo intelligendi semper illam consequatur. Sed admonent non posse dici tres durationes simpliciter, & sine additamento, sicut neque dicuntur tres existentie ob eadem rationem.

CAPVT II.

*In Deo esse vnam tantum existentiam, & vnam tantum durationem, auctoritate probatur.*

Mihi multo probabilior videtur opinio, quæ docet in Deo esse tantum vnam existentiam, hoc est, vnum esse; licet sint tres modi, & relationes huius existentie, & esse. Hanc sententiam tradidit apertè S. Thom. 3. part. quæst. 17. artic. 2. ad 3. vbi ait, tres personas habere vnum esse, & vbi dicitur de esse Dei loquitur, illud vocat absolutum, vt quæst. 2. de potentia, art. 6. & quæst. 8. art. 3. ad 11. vbi planè docet, Deo non conuenire nisi esse absolutum, quo etiam relationes existunt, nec illis conuenire aliquid esse relatiuum. Hanc etiam opinionem apertè tradunt Capreolus in 3. Caicranus supra quæst. 28. art. 2. §. Corollarium est, & possunt etiam pro hac sententia recenseri Hieronymus Epist. illa 57. & August. lib. 7. de Trinitate, cap. 4. vt vidimus superiori disputat. cap. 5. vbi probant subsistere Dei esse absolutum, & vnum.

Nusquam autem apud Sanctos inuenies, in Deo esse plures existentias, aut plura esse; existentias dico pro actu ipso existendi: nam, quod aduersarij ex Ricardo de Sancto Victore referunt, nihil eorum sententia fauet: imò ex illius verbis potius nostra confirmari, & eorum opinio refutari manifestè potest. Licet enim lib. 4. de Trini-

tate, cap. illo 16. concedat communem existentiam, & cap. 17. existentias incommunicabiles, tamen nunciat, *Existentia*, in his duobus capitulis, & sequitur, non intelligit idem quod Scholastici: actum nempe existendi, seu esse, sed totam substantiam, seu personam, quæ dicitur habere esse. Id vero, quod Scholastici nunc existentiam appellamus, ille vocat esse, & in illis locis semper vnum esse trium personarum assignat, & nusquam tria, nec cum additamento illo, *relatiua*, concedit. Eodem modo lib. 5. de Trinitate, cap. 1. vnum esse concedit trium personarum, sed discretum existere. Nam apud ipsum, vt optime explicat Alexand. 1. part. quæst. 43. in corpore, & ad 5. existere non est tantum esse, sed ex alio esse in quo iam includitur proprietates personalis. Porro autem existentiam apud Ricardum idem non esse, quod apud Scholasticos, ita manifestè erit legenti ipsum à cap. 12. vt que ad 20. vt superfluum videatur, nunc aliqua ipsius verba referre, sed ne lectorem decipere videamur, subiiciemus aliqua ipsius testimonia.

Capite igitur 1. de nominis Ethymologia sic loquitur. *Nomen existentia trahitur a verbo, quod est existere, in verbo syster notari potest, quod pertinet ad considerationem vnam, similiter per adiunctam ex prepositionem notari potest, quod pertinet ad aliam, per id, quod dicitur aliquid syster, primum remouentur ea, quæ non tam habent in se esse, quam aliquid inesse, non tam syster (vt sic dicamus) quam in syster, hoc est, alicui subiecto inherere, & paucis interiectis. Quid est enim existere nisi ex aliquo syster? In quibus verbis nota existentiam esse id, quod ex aliquo existit. Deinde cap. 15. Inuenimus namque, quod plures ille in diuinitate personæ, quamuis habeant vnum, & idem per omnia indifferens esse, quod pertinet ad identitatem substantiæ, possunt tamen secundum originalem causam mutua differentiã habere. Vbi concedit tres personas habere idem esse, intelligit existentiam, vt Scholastici loquuntur. Et cap. 16. Existentiam demonstratum est superius, substantiam significare, non tamen simpliciter, sed cum proprietate alicuius denotatione, vbi existentiam appellat, non actum existendi, nimirum esse, sed ipsam substantiam, quæ dicitur esse. Et infra. Communem autem existentiam dicimus, vbi intelligitur esse habens ex proprietate communi incommunicabilem vero, vbi intelligitur esse habens, ex proprietate incommunicabili, ergo apud Ricardum existentia est, idem, quod habens esse, non autem ipsum esse, & actus existendi. Et cap. 17. Si igitur proprietatibus incommunicabilibus differunt personæ vtiq; & incommunicabilibus differunt existentie, oportet autem, & sit incommunicabilis existentia, cui est incommunicabilis differentia. Quid quæso clarius dicere potuit: cum enim asserat ipsas existentias differre proprietatibus, quæ in sunt ipsis existentijs, & hæc sint relationes: consequenter docet, existentiam esse ipsam hypostasin, quæ proprietate redditur incommunicabilis, & cui inest relatio. Quod si putaret, existentiam incommunicabilem esse actum existendi ipsius relationis, non diceret eam reddi incommunicabilem relatione, seu proprietate; nec proprietatem, seu relationem inesse ipsi existentie. Et cap. 19. in Deo concedit vnum tantum esse, idque ex professo probat: nusquam vero plura esse Deo tribuit, & asserit ibi tantum esse plures habentes vnum esse ex differenti proprietate, atque addit hæc verba. *Vnitatis itaque est ibi iuxta modum essendi, pluralitas iuxta modum existendi, vnitatis essentia, quia vnum, & indifferens**


4.

Alexand.

5. Ricard. 1. 6.

6.

*Vnum esse  
hoc est vna  
existentiam  
Deo tribuit  
& plures  
hypostasises.*





idem sit, quod res actu, sequitur tres esse duratio- nes, etiam res, & entitates concedunt.

*Aliaque hinc rationes respiciuntur.*

Respondent aliqui, ideo non esse tres existen- tias, & durationes sine additamento conceden- das, quia hæc sunt duo prædicata transcenden- tia, quæ conveniunt relationibus ratione essen- tia; putant enim essentiam formaliter, & secun- dum nostram rationem includi in relationibus, ut retulimus disput. 121. cap. 1. quare, cum sit vna existentia inclusa in tribus personis, & solum dif- ferat per diversum modum denominationis, non debent dici plures existentia sine additamento, nec plures durationes, Verum, si adversarij con- cedunt, illam vnam existentiam, quæ transcendit tres proprietates, multiplicari, quatenus illis cõ- iungitur, ita, ut sint plures durationes, & existen- tia relativiæ, cur non erunt concedenda sine vno additamento plures existentia, & durationes, si- quidem ita est transcendens existentia, & duratio, sicut res? Quocirca, ne sine additamento cogamur asserere tres in Deo existentias, & tres dura- tiones, sicut concedimus tres res; melius erit di- cere, existentiam, & durationem non esse tran- scendentia, sicut est res, & ens: hæc enim nomina etiam de modis rei dicuntur; at existentia cum va- rios recipiat modos, & vna existentia non modi- ficatur aliam: modus existendi non dicitur exis- tentia, sed dicitur advenire existentia rei, & per eandem existentiam rei existere dicitur; quia ita est modus, ut non nisi alterius esse dicatur. Ex quibus solvitur ratio, quam primo capite pro hac sententia adduximus; dicimus itaque, existen- tiam esse actualem entitatem, vel rem, non quæ- cumque, sed talem, qua consequitur aliquam exi- stentiam, vel entitatem actualem, ut modus illius: nam entitas quæ consequitur existentiam, & ip- sam modificatur, nõ dicitur existentia, sed modus existentia: existentia enim non advenit existen- tia, nec vna existentia existit per aliam, licet exi- stentia faciat, rem existere tali, vel tali modo, pro- ut ipsi advenit talis, aut talis modus.

*Idem autem dicitur de personis.*

*Idem autem dicitur de personis.*

*Idem autem dicitur de personis.*

At objicias nobis hoc modo. In Deo est pro- ductio personæ: omnis autem productio, sicut ad aliquid productum terminatur, ita etiam ali- quam existentiam producit: cum igitur distincta persona producat, sequitur distinctam etiam existentiam produci. Verum, si hoc argumentum alicuius momenti esset, eodem modo probaret, in persona procedente novam naturam, & essen- tiam produci. Nam si productio ad existentiam productam terminari debet, ad essentiam quoque pro- ductam terminari debet. Cæterum sicut in divinis dicimus, esse aliud genus productionis, quo scilicet non natura, & essentia producit, sed ea- dem essentia personæ producentis, personæ pro- ductæ communicatur, idem etiam de existentia, & esse, quod idem prorsus sunt, dici debet; nem- pe productionem divinam personæ esse quidem productionem personæ distinctæ à producente; sed per eam communicari personæ productæ idem esse, & existentiam, & eandem naturam.

*Idem autem dicitur de personis.*

*Idem autem dicitur de personis.*

Neque vero dicendum est, solum personalita- tem esse id, quod producit, sed personam, quæ ex essentia, & personalitate nostro modo intelli- gendi constat: ita, ut eadem essentia personæ pro- ducentis communicetur personæ productæ, & constituat alia persona penes hoc, quod illa di- versa relatione subsistat, quæ eandem essentia, &

existentiam ad esse novæ personæ modificetur, & determinet: non tamen, quia generatio solum producat modum huius existentia, nempe rela- tione. In generatione autem personæ creatæ aliter contingit: quia natura geniti cum modo per se existendi producit: & modus ille non diver- sa productione fit, quia neque diversam existen- tiam habet, ab existentia naturæ: sed illam modi- ficatur, & determinat.

*Tertia ratio.*

*Symbolum Athanasij.*

*15.*

Tertia ratio esse potest: quia ex opposita opi- nione sequeretur, esse in Deo concedendas tres æternitates, quod est contra Symbolum Athana- sij, *Non tres æterni, sed unus æternus*, ubi planè sumi- tur nomen, æternus, non adiectivè, sed substantivè, nempe pro æternitate, nam si sunt tres duratio- nes sine principio, & sine, & sine successione, se- quitur esse tres æternitates: hæc enim est definitio æternitatis. Quod si dicat, tres æternitates rela- tivas posse concedi, non tamen sine additamen- to: contra hoc est, quod supra diximus, de existen- tia & duratione.

Sed respondent aliqui, non posse vno modo, nec cum illa limitatione, *Relativus*, concedi tres æternitates, sicut conceduntur tres durationes; rationem vero discriminis assignant, quia de ra- tione æternitatis, est non tantum duratio sine prin- cipio, & sine, & tota simul; sed etiam perfectissi- ma duratio, quàm nulla relatio ex se habet, sed ex natura, quàm in se includit: connotatque, ut fun- damentum immutabilitatem naturæ.

*Aliquorum solutio.*

*Conceditur eis, quod su- munt refer- lique so- lutio.*

Ego quidem verissimum existimo, æternita- tem esse durationem perfectissimam: quæ ratio- ne naturæ convenit Deo, distinctam ab immu- tabilitate, secundum rationem, ut notavi supra, q. 9. quare si æternitas in sua ratione non includit immutabilitatem naturæ, sed illam supponit, non est cur relationibus, secundum rationem relatio- num non conveniat: si illis convenit etiam pro- pria duratio. Ex eo vero, quod dicitur, durationem relationum non esse perfectissimam, qualis est illa naturæ, sequitur maius absurdum; nempe in Deo esse vnam durationem perfectissimam, & tres minus perfectas. Deinde si illæ tres duratio- nes relative non sunt æternitates, cum sint duratio- nes sine principio, & sine, vel erunt tempus discretum, vel æna, sicut Angelorum durationes, vel æternitates participatæ, vel denique genus ali- quod novum durationum: quæ monstra sequuntur ex eo, quod semel in Deo plures existentes pluresque durationes concedamus. Valeat ergo contraria opinio, & cum Patribus asseramus, tres personas habere vnum esse existentia, vnam dura- tionem, vnam æternitatem. Et hæc satis circa do- ctrinam huius articuli.

ARTICULVS III.

*Vnum nomen Persona sit ponendum in divinis.*

AD tertium sic proceditur. Videtur, quod nomen personæ non sit ponendum in divinis. Dicit enim Dionysius in princip. de divinis nominibus. Vniuersaliter non est audendum aliquid dicere nec cogitare de super substantiali occulta divinitate, præter eam quæ divinitus nobis ex sanctis eloquijs sunt expressa. Sed nomen personæ

*171.*

*1. d. 23. art. 2. C. po. q. 9. art. 3.*

*Cap. 1. p. 1.*

personæ non exprimitur nobis in sacra Scriptura noui, vel veteris Testamenti. Ergo non est nomine personæ vtendum in diuinis.

*Aliqua-  
tula à prin.  
li. 3. pag. 2.  
prim.*

2. Præterea, Boet. in lib. de diuinis naturis. Nomen personæ videtur traductū ex his personis quæ in comædijs, tragædijsque homines repræsentabant. Persona enim dicta est à personando, quia concavitate ipsa maior necesse est, vt voluatur sonus. Græci vero has personas prosopa vocant ab eo, quod ponatur in facie, atque ante oculos obregant vultum. Sed hoc non potest competere in diuinis, nisi fortè secundum metaphoram. Ergo nomen personæ non dicitur de Deo nisi metaphoricè.

*Eodem loco  
nunc proxime  
dicto in  
Epist. ad  
Lamase.  
que incipit  
Quoni-  
am uisus: in  
medio il-  
liis, tom. 3.  
Arg. 1. ar. 1.  
huius. qu.  
2. 14. a. 12.*

3. Præterea. Omnis persona est hypostasis. Sed nomen hypostasis non videtur Deo competere: cum secundum Boeth. significet id, quod subijcitur, accidentibus, quæ in Deo non sunt. Hieron. etiam dicit, quod in hoc nomine hypostasis uenenum latet sub melle. Ergo hoc nomen personæ non est dicendum de Deo.

4. Præterea. A quo cumq; remouetur definitio, & definitum. Sed definitio personæ, supra posita non videtur Deo competere. Tum quia ratio importat discursiuam cognitionem quæ non competit Deo, vt supra ostensum est. Et sic Deus non potest dici rationalis natura. Tum etiam quia Deus dici non potest indiuidua substantia, cum principium indiuiduationis sit materia: Deus autem immaterialis est. Neq; enim accidentibus substat, vt substantia dici possit. Nomen ergo Personæ Deo attribui non debet.

Sed contra est, quod dicitur in Symbolo Athanasij: Alia est persona Patris, alia Filij, alia Spiritus sancti.

Respondeo dicendum, quod persona significat id, quod est perfectissimum in tota natura, scilicet subsistens in rationali natura. Vnde cum omnino illud, quod est perfectionis, Deo sit attribuendum, eo, quod eius essentia continet in se omnem perfectionem conueniens est, vt hoc nomen persona, de Deo dicatur. Non tamen eodem modo, quo dicitur de creaturis, sed excellentiori modo: sicut, & alia nomina, quæ creaturis à nobis imposita Deo attribuuntur, sicut supra ostensum est, cum de diuinis nominibus ageretur.

*2. 3. ar. 3.*

Ad primum ergo dicendum, quod licet nomen personæ in Scriptura veteris, vel noui Testamenti non inueniatur dictum de Deo: tamen id, quod nomen significat, multipliciter in sacra Scriptura

ra inuenitur assertum de Deo, scilicet, quod est maximè per se ens, & perfectissimè intelligens. Si autem oporteret de Deo dici solum illa secundum uocem, quæ sacra Scriptura de Deo tradit, sequeretur, quod nunquam in alia lingua posset aliquis loqui de Deo nisi in illa in qua primo tradita est Scriptura veteris, vel noui Testamenti. Ad inueniendum autem noua nomina antiquam fidem de Deo significantia, coegit necessitas disputandi cum hæreticis. Nec hæc nouitas vitanda est cum non sit prophana, vt pote à Scripturarum sensu non discordans. Docet autem Apostolus prophanas uocem nouitates vitare, i. ad Timot. vltimo.

Ad secundum dicendum, quod quantum hoc nomen, Persona, non conueniat Deo quantum ad id, à quo impositum est nomen, tamen quantum ad id, ad quod significandum imponitur maximè Deo conuenit. Quia enim in comædijs, & tragædijs repræsentabantur aliqui homines famosi, impositum est hoc nomen, persona, ad significandum aliquos dignitatem habentes. Vnde consueverunt dici personæ in Ecclesijs quæ habent aliquam dignitatem. Propter, quod quidem definiunt personam dicentes, quod persona est hypostasis proprietate distincta ad dignitatem pertinente. Et quia magnæ dignitatis est in rationali natura subsistere: Ideo omne indiuiduum rationalis nature dicitur persona, vt dictum est. Sed dignitas diuinæ nature excedit omnem dignitatem. Et secundum hoc maximè competit Deo nomen personæ.

Ad tertium dicendum, quod nomen hypostasis, non competit Deo quantum ad id à quo est impositum nomen cum non substat accidentibus. Competit autem quantum ad id, quod est impositum ad significandum rem subsistentem. Hieronymus autem dicit, sub hoc nomine, uenenum latere: quia antequam significatio huius nominis esset plenè nota apud Latinos: hæretici per hoc nomen simplices decipiebant, vt confiterentur plures essentias, sicut confitentur plures hypostases: propter hoc, quod nomen substantiæ (cui respondet in Græco nomen hypostasis) communiter accipitur apud eos pro essentia.

Ad quartum dicendum, quod Deus potest dici rationalis natura secundum, quod ratio non importat discursum, sed communiter intelligibilem naturam. Indiuiduum autem Deo competere non potest.

potest quantum ad hoc, quod indiuiduationis principium est materia, sed solum secundum, quod importat incommunicabilitatem Substantia vero conuenit Deo secundum, quod significat existere

& quia priuata persona est, & quia gerit personam magistratus; id circo ita loquimur, quia ipse substantialiter est vna persona, & aliam representat, nempe personam Principis, vel fictam aliquam personam totius reipublice, vt obseruauit S. Thomas in solutione 2.

Proponit autem Caietanus duas dubitationes circa textum S. Thomae. Prior est circa id, quod assumit in sua ratione, nempe perfectissimum in natura esse personam. Ratio vero dubitandi est, quia perfectior multo est natura, quam persona. Respondet ipse, personam ideò dici perfectissimum in natura, non quia personalitas, hoc est, vltimus terminus personae, sic perfectior, quam ipsa natura, sed quia tunc natura dicitur esse perfectiori modo, quando per se est completa personalitate: persona enim includit ipsam naturam, addit etiam complementum, videlicet personalitatem. Sed obiecit sibi: Indiuidua materialia sunt minus perfecta, quam natura ipsa, quia indiuidua dicuntur esse propter naturam, sicut propter perfectissimum: ergo non est perfectissimo modo natura, quando per se, & constituta in ratione personae. Respondet ipse naturam includi in indiuiduo, vt ita ostendat indiuiduum non esse minus perfectum. Deinde respondet, hic sermonem esse de persona, non materiali tantum, sed vniuersum, vt communis est materiali, & spiritali. Ego tamen absolute dicerem, indiuiduum etiam materiale per se subsistens esse perfectiori modo, quam ipsam naturam sine illo modo, & ita personam esse, quid perfectissimum naturae.

Altera dubitatio est. Si verum est, quod ait Sanctus Thomas personam esse, quid perfectissimum naturae, & dignitatem continere, quatenus persona est: efficitur, in Deo esse tres dignitates, quae sunt tres personae. Respondet Caietan. personam includere aliquid perfectionis in Deo, scilicet naturam, & aliquid abstractum à perfectione & imperfectione, nempe relationem. Verum contra ipsum probauimus disput. 121. cap. 2. relationem quoque ad Dei perfectionem pertinere: quo autem pacto inde non sequatur esse in Deo tres perfectiones reales, & aliquam in vna persona, quae non sit in illa, explicauimus etiam ibidem, cap. 6.

ARTICVLVS IV.

Vtrum persona significet relationem.

Ad quartum sic proceditur. Videtur, quod hoc nomen persona non significet relationem, sed substantiam in diuinis. Dicit enim Augustinus in 7. de Trinitate. Cum dicimus personam patris, non aliud dicimus, quam substantiam patris, ad se quippe dicitur persona non ad filium. 2. Præterea. Quid querit de essentia. Sed sicut dicit Augustinus in eodem loco, cum dicitur: tres sunt qui testimonium dant in caelo, Pater, verbum, & Spiritus sanctus: & queritur qui tres? respondetur, tres personae. Ergo hoc nomen, persona, significat essentiam. 3. Præterea. Secundum Philosophum in 4. Metaph. Id quod significatur per nomen, est eius definitio: sed definitio personae

Prima dubitatio Caietan. circa textum primi.

Contra personam obiecit.

Dissoluitur obiectio.

Secunda dubitatio S. Thom.

172.

1. d. 23. q. 2. & d. 16. q. 1. art. 1. & post q. 9. art. 4. Cap. 6. circa prin. lib. 6. de Trin. cap. 4. Et seq. lib. 5. de Trin. cap. 9. in fin. 3.

1. 5. Metaph. 1. ex 28. 103. art. 1. huius quaest.

1. d. 23. q. 2. & d. 16. q. 1. art. 1. & post q. 9. art. 4. Cap. 6. circa prin. lib. 6. de Trin. cap. 4. Et seq. lib. 5. de Trin. cap. 9. in fin. 3.

1. d. 23. q. 2. & d. 16. q. 1. art. 1. & post q. 9. art. 4. Cap. 6. circa prin. lib. 6. de Trin. cap. 4. Et seq. lib. 5. de Trin. cap. 9. in fin. 3.

1. d. 23. q. 2. & d. 16. q. 1. art. 1. & post q. 9. art. 4. Cap. 6. circa prin. lib. 6. de Trin. cap. 4. Et seq. lib. 5. de Trin. cap. 9. in fin. 3.

fonæ est rationalis naturæ indiuidua substantia, vt dictum est. Ergo hoc nomen, persona, significat substantiam.

4. Præterea. Persona in hominibus, & Angelis non significat relationem, sed aliquid absolutum. Si igitur in Deo significaret relationem, diceretur æquiuocè de Deo, & hominibus, & Angelis.

*Post modum  
lib. de Tri-  
nit.*

Sed contra est, quod dicit Boethius in libro de Trinitate, quod omne nomen ad personas pertinens, relationem significat. Sed nullum nomen magis pertinet ad personam quam hoc nomen, persona. Ergo hoc nomen persona relationem significat.

Respondeo dicendum, quod circa significationem huius nominis, persona, in diuinis difficultatem ingerit, quod pluraliter de rebus prædicatur præter naturam essentialium nominum: neque etiam ad aliquid dicitur, sicut nomina quæ relationem significant. Vnde quibusdam visum est, quod hoc nomen, persona simpliciter ex virtute vocabuli essentiam significet in diuinis, sicut hoc nomen, Deus & hoc nomen, Sapiens: sed propter instantiam hæreticorum est accommodatum ex ordinatione Concilij, vt possit poni pro relatiuis, & præcipue in plurali, vel cum nomine partitiuo: vt cum dicimus tres personas, vel alia est persona Patris, alia Filij. In singulari vero potest sumi pro absoluto, & relatiuo. Sed hæc non videtur sufficiens ratio. Quia si hoc nomen, persona, ex vi suæ significationis non habet, quod significet, nisi essentiam in diuinis, ex hoc, quod dictum est, tres personas, non fuisset hæreticorum quietata calumnia, sed maioris calumniæ data esset eis occasio. Et ideo alij dixerunt, quod hoc nomen, persona, in diuinis significat simul essentiam, & relationem. Quorum quidam dixerunt, quod significat essentiam in recto, & relationem in obliquo: quia persona dicitur quasi per se vna. Vnitatis autem pertinet ad essentiam: quod autem dicitur per se, implicat relationem oblique. Intellegitur enim pater per se esse quasi relatione distinctus à filio. Quidam vero dixerunt è conuerso, quod significat relationem in recto, & essentiam in obliquo: quia in definitione personæ natura ponitur in obliquo. Et isti propinquius ad veritatem accesserunt. Ad euidenciam igitur huius quæstionis considerandum est, quod aliquid est de significatione minus communis, quod tamen non est de significatione magis communis. Rationale enim includitur in significatione hominis, quod tamen non est

de significatione animalis. Vnde aliud est querere de significatione animalis, & aliud est querere de significatione animalis, quod est homo. Similiter, aliud est querere de significatione huius nominis persona, in communi, & aliud de significatione personæ diuinæ. Persona enim in communi significat substantiam indiuiduam rationalis naturæ, vt dictum est. Indiuiduum autem est, quod in se est distinctum, ab alijs vero distinctum. Persona igitur in quacumque natura significat id, quod est distinctum in natura illa. Sicut in humana natura significat has carnes, & hæc ossa, & hanc animam; quæ sunt principia indiuiduantia hominem: quæ quidem licet non sint de significatione personæ, sunt tamen de significatione personæ humanæ. Distinctio autem in diuinis non fit nisi per relationes originis, vt dictum est supra. Relatio autem in diuinis non est sicut accidens inherens subiecto, sed ipsa Diuina essentia. Vnde est subsistens sicut essentia diuina subsistit. Sicut ergo Deitas est Deus, ita paternitas diuina est Deus pater, qui est persona diuina. Persona igitur diuina significat relationem, vt subsistens. Et hoc est significare relationem per modum substantiæ, quæ est hypostasis subsistens in natura diuina: licet subsistens in natura diuina non sit aliud quam natura diuina. Et secundum hoc verum est, quod hoc nomen, persona, significat relationem in recto, & essentiam in obliquo: non tamen relationem in quantum est relatio, sed in quantum significatur per modum hypostasis. Similiter etiam significat essentiam in recto, & relationem in obliquo, in quantum essentia idem est, quod hypostasis. Hypostasis autem significatur in diuinis, vt relatione distincta. Et similiter relatio per modum relationis significata cadit in ratione personæ in obliquo. Et secundum hoc etiam dici potest, quod hæc significatio huius nominis persona, non erat percepta ante hæreticorum calumnia. Vnde non erat in vtu hoc nomen, persona, nisi sicut vnum aliorum absolutorum. Sed postmodum accommodatum est hoc nomen, persona, ad standum pro relatiuo ex congruentia suæ significationis: vt scilicet hoc, quod stat pro relatiuo, non solum habeat ex vtu (vt primo opinio dicebat) sed etiam ex significatione sua.

Ad primum ergo dicendum, quod hoc nomen, persona dicitur ad se, non ad alterum: quia significat relationem non per modum relationis, sed per modum substantiæ.

substantia, quæ est hypostasis. Et secundum hoc Augustinus dicit, quod significat essentiam, prout in Deo essentia est, idem cum hypostasi quia in Deo non differt, quod est, & quo est.

Ad secundum dicendum, quod, Quid quandoque querit de natura, quam significat definitio: vt cum queritur, quid est homo? & responderetur, animal rationale mortale. Quandoque vero querit suppositum, vt cum queritur, quid natar in mari? & responderetur, pisces. Et sic querentibus, quid tres? responsum est, tres personæ.

Ad tertium dicendum, quod in intellectu substantiæ indiuiduæ, id est, distinctæ, vel in communicabilis, intelligitur in diuinis relatio, vt dictum est.

Ad quartum dicendum, quod diuersa ratio minus communium non facit æquiuocationem in magis communi. Licet enim sit alia propria denotatio equi, & asini, tamen vniocantur in nomine animalis: quia communis definitio animalis venit vtrique. Vnde non sequitur, quod licet in significatione personæ diuinæ contineatur relatio, non autem in significatione Angelicæ personæ, vel humanæ, quod nomen personæ æquiuocè dicatur. Licet nec etiam dicatur vniocè, cum nihil vniocè de Deo dici possit, & de creaturis, vt supra ostensum.

Conclusio articuli est. Persona diuina significat relationem, vt substantiam: vtrum autem relatio significetur directè, & in recto, an consequenter, & in obliquo, non est tam manifestum apud Doctorem sanctum: eius tamen mentem, & rei veritatem in disputatione elucidamus.

DISPVTATIO CXXVII.

Vtrum nomen, Persona, significet relationem, an substantiam.

Varia Scholasticorum opiniones, cap. 1.

Nomen persona significat formaliter, & directè substantiam; materialiter vero, sed directè relationem, essentiam autem consequenter, cap. 2.

CAPVT I.

Varia Scholasticorum opiniones.

In hac prima opinio est Scoti in primum distinct. 5. quæst. 1. qui probabilis existimat, nomen, persona, directè nec significare substantiam, nec relationem, sed negationem solum. Prius sic probat, quia substantia in diuinis singulariter dicitur: persona autem pluraliter: ergo persona non significat substantiam. Posterius sic ostendit. Ad quocumque refertur relatum inferius, refertur etiam superius, & illius esse dicitur; veluti si hoc duplum dicitur huius dimidiij; duplum, eodem modo duplum in vniuersum dicitur dimidiij duplum. Præterea, si hoc duplum dicitur relatum huius dimidiij, sic etiam duplum vniuersè dicitur relatum dimidiij: ergo si, persona, significat

Variæ in I. partem Tom. 11.

cat relationem, relate etiam dicitur ad illum terminum, ad quem refertur relatio ipsa, quam significat: quare sicut dicimus, filius est patris, filius, & est relatum patris: sic etiam dicere possemus, persona filij est persona patris, quod est absurdum: ergo persona non significat relationem. Addit autem Scotus, nomen persona significare negationem directè, sed connotare tria positia; quia vltimum complementum personæ putat esse negationem communicationis, & tanquam vniuersalis, & tanquam partis, qua negatione res dicitur esse non in alio: de quo plura in tertiam partem S. Thomæ, quæst. 4. artic. 2. dicemus. Tria vero connotata personæ diuinæ, hæc inquit esse. Primum est Pater, Filius, & Spiritus sanctus, sicut quoddam inferius contentum sub illa negatione. Secundum est relatio ipsa paternitatis, filiationis, aut processionis, ratione cuius conuenit personæ illa negatio. Tertium connotatum est essentia diuina quam persona includit.

Verum hæc sententia amplectenda non est: quia sicut in tertiam partem latius ostendemus, persona directè non significat negationem, licet aliquando negatione explicetur. Et quamuis in humanis non sit ita facile assignare modum peculiarem, quo contrahitur natura, vt sit persona in diuinis, tamen manifestus est modus: sunt enim proprietates personales, seu relationes, in quibus numerum personarum agnoscit, & celebrat Ecclesia, non in negationibus: male ergo Scotus putat, directè, & formaliter nomen, persona, significare negationem: de quo iterum disputat. 130.

Ex alijs vero, qui censent nomen hoc positivam rem significare, non omnes eodem modo de illius significato directè loquuntur. Secunda igitur opinio in ordine est eiusdem Scoti in primum distinct. 27. quæst. 1. & distinct. 15. questione etiam prima, qui affirmat, nomen hæc non significare relationem, nec substantiam, sed quid commune relationi, & substantiæ: dicimus non negationem, sed positivum significare, quod ipse Scotus probabilè etiam esse censet. Hanc sententiam late impugnat Durandus in primum dist. 23. quæst. 1. num. 16. ostendens impossibile esse dari aliquid commune absoluto, & relativo, nisi solo nomine: id quod, & nos disputat. 130. cap. 3. obiter probabimus.

Tertia sententia est eiusdem Durandi ibi num. 24. afferentis nomen, persona, in diuinis, nec relationem, nec substantiam, nec negationem significare directè, sed denominationem quandam secundæ (vt ipse vocat) intentionis: veluti nomen etiam indiuiduum, quod secundam intentionem significat. Quare autem nomen indiuiduū significet secundam intentionem, nec probat Durandus, nec explicat, sed, vt notum supponit, Hanc sententiam referauimus infra disput. 130. cap. 2.

Quarta opinio est Caietani in hunc articulum qui censet nomen, Persona, in Deo significare formaliter, & directè relationem; materialiter vero, & quasi consequenter, vel non directè substantiam: cuius sententiæ putat esse B. Thom. in hoc eodem articulo; imò censet mutasse illam, quam prius fuerat secutus quæst. 9. de potentia, artic. 4. vbi docuerat, nomen, Persona, significare directè substantiam, non directè autem relationem. Suederi autem potest id, quod dicit Caietanus; quia

Tria connotata persona ex Scoto.

Resutatur placitum Scoti.

Alia sententia Scoti.

Resutatur a Durando. Persona significare quid secundum in tenentis putat Durand.

Caietanus censet relationem, significare.

K

nc-